



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

III. Cuidam bono poëtæ de optima faciendorum versuum ad imitationem veterum ratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)

CVIDAM BONO POETÆ.

De optima faciendorum versuum ad imitationem veterum ratione.



Iteris sæpè aliàs appellatus à te nihil omnino responderam, sed instare non desinis, rogare non cessas meam de versibus faciendis, deq; tota ratione poëtica sententiam. Putabam te cum amico iocari, ac ludere illa quærentem, quæ mihi si tribuam, sim profectò non modò arrogans, sed etiam insanus atq; amens. Poëtas lego cùm possum, interdum imitari studeo, sed ars hæc mihi non procedit, versus scribo indignantibus musis sæpiùs, quàm libentibus. Itaq; stomachor omnia, nihilque mihi in hoc genere arridet meum. Consule cùm alios tum maximè Scaligerum illum, qui fontes aperiet. Sitim explebis, nihil tacet, nihil dissimulat, nihil omittit: magna inquires, Scaligeri vel seueritas, vel morositas est, nimium se præbet in arguendo, fastidiosum in approbando, summum ius, summa tibi esse

bi esse videtur iniuria. Equidem mi
Barthule in isto genere nihil nimium
existimem.,

Mediocribus esse poetis.

*Horat. in
arte poet.*

Non homines, non Di, nō concessere colūna.

Sunt hæc voluptatis, cui est maxi-
mè affine fastidium. Quare versus no-
bis pāgamus, potiùs quàm aliis: ad cu-
ius verò tanquam archetypi similitu-
dinem nostra sit dirigēda manus, no-
tius est, quàm vt à me debeat explica-
ri. Etenim in heroico versu Virgilius
excellit, atque ita excellit, vt hic solus
poëta fuisse videatur. In scribendo
epigrammate non Catullum, vt qui-
dam (horreo enim argumenti turpi-
tudinem, neque valde amo numerū)
sed Martialem, purgatum tamen ob-
seruem, & sequar. In Elegia Tibullus
& Propertius placent alter altera de
causa, mollicula semper excipio: nec
Ovidium in tristibus non amplector,
qui versus flebiles suos omnium opti-
mè rotundauit: quod autem volubile,
apertum, lene, facileq; est, magnope-
re oblectat Hispanos. Senarios Iam-

E 3 bicos

bicos à Seneca discimus, qui solus in eo genere restat ex classicis, & antiquis, sed ita plenus, inflatus, copiosus, & grauis, vt tragicorum penuria Latinorum minimè videatur esse lugēda. Nec enim Senecam in illo tragœdiæ quasi regno competitorum aut mors, aut penuria, sed fuga constituit, nec tã duce fortuna reperit, vt qui in vacua venire solent, quàm victoria, & pugna peperit principatum. In Lyricis Horatium, id est, Latinū Pindarum emulari oportebit, quæ igitur in his excellunt, quos nominavi, imitari discipulus debet, ille inquam discipulus, cui Musæ videbuntur esse propitiæ. Nam qui adolescens ita natus est, & ita consuevit, panget quæ volet cumq; . Materia deesse non potest grauis & ampla Christianis, quam video antiquis Scriptoribus defuisse : eoque ars illorum est nobis, non quæstio mirabilis. Quare si fructuosi Poëtæ esse volumus, danda opera est, vt argumentum nostrum sit, ars verò, id est species & figura veterū Poëtarum. Nihil enim
pro-

proficimus, si nō antiquos imitamur,
non admodum mentiendo, sed ornā-
do, poliendoq; versu. Quem qui iam
inde à pueritia limare didicit, Poëta
fit magnus. Quamobrē tuos discipu-
los doce cunctari, doce non effutire
versus, sed tanquā parturire, doce non
dimetiri solūm, & concludere, sed et-
iam ponderare, delere, mutare, corri-
gere. Neq; enim illa sola vitanda de-
formitas est pedis claudicantis, cūm
multa sint præterea fugiēda: quæ par-
tim ex te discent, partim ex Poëta-
rum lectione cognoscēt Virgilij præ-
fertim, partim aurium ipsarum iudi-
cio cōsequentur. Approbatores enim
habere non potest, qui sibi non fuerit
Aristarchus: principio versiculos im-
pera de re facili, orna atq; instrue di-
scipulos poëtica supellectile, digitos-
que in fontes intende. Cura vt audito-
res tui ab oratoria dictione poëticam
internoscāt, ne nō docti, admonitiq;
vtrumq; confundāt orationis genus,
sintq; & inepti oratores, & insulsi poë-
tæ, etiam atq; etiam cauēdum tibi est.

Epigramma placet peracutum & perbreue, in eo exerceri adolescentulos diligentissimè velim. De niue, quæ decedit illo in die, quo Annæ Philippi regis nostri vxori mortuæ Pinciani doctores parentarunt, Academia rogatu sic lusimus.

Esse quid augurij, mōstriq̄, interpreter, alto

Quod cælo fluxit copia tanta niuis?

Respuit atratos regina beata colores,

Proq̄ nigris albas sufficit Anna togas.

Sed qui miscuit vtile dulci tulit omne punctum. Sapientem enim quærimus fructuosum.

De genitrice puer, de genitore Deus.

Qui pentameter Leuini Torrentij est poëtæ elegantis, & pij. In Satyris generatim Christianus poëta reprehendet, atque insectabitur vitia. Nisi si Lutherus, Calvinus, & aliæ huiusmodi pestes vituperentur, aut fortè ille notetur, qui Erat mus sanctissima quæq̄; rodens & carpens. Sermones vltro citroq̄; habiti, quos videmus in Seneca esse creberrimos, ab strenuo imitatore omitti non debent. Ex no-

stra

stra Margarita, quæ certè preciosa
non fuit, magis aliis, quàm mihi hi
versus placuerunt altercantis cum
Gazophoro Peniphili. (satis.

Gaz. Quid melius auro? docuit hoc Christus
Iubens amicos colligi, & nummos dari,
Qui nos ad altas euehant sedes poli.

P. Mammona iniquū veritas verè vocat.

G. Sunt cuncta nobis munda, si partē capis
Mendicus, et si refluens inopi damus.

P. Ex parte diues, pauper omnino est Dei.

G. Mentē misericors sepe cum nūmis dedit.

P. Est gazza ditis mentis inflat & domus.

G. Et si arca diues, pauper est animus mihi.

P. Cur ergo rebus turbidis animus cadit?

G. Humana quatiūt mentis humana statū.

P. Terrena seruas, condis, & curas bona.

G. Aedes parenti diues adificat Deo.

P. Magis perennes pauper instaurat domos.

G. Possessor auri pauperes nudos tegit.

P. Nudi magistrum malumus nudum sequi.

G. Matthæus altam possidet latus domum.

P. Reliquit aurum voce diuina excitus.

G. Benignus astra concito passu petit.

P. Pauper beatus, cuius est regnum Dei.

G. Quid liberalis possit, & valeat scies,

Cum summa mūdo venerit, certa & dies.
P. Cibus sed animi corporis præstat cibo.

Nec liberalis non erit pauper pius.

G. Est clara virtus diuitis sancti & probi,

Qui cum liceret transgredi, se continet.

P. Est summa egeni sanctitas, spōte abdicat

Bonus se & auro, copias vltro abiicit,

Radice ab ima vellit & fibras mali.

Eiusdem Poetæ Anapæstos imitan-
dos censeo, nosq; in nostra de labore
comoedia sic facimus loquentem in-
dustriam.

Sedula teneros educo natos,

Iubeo pigris surgere lectis,

Me duce nemo carpere somnos

Longius audet nocte sopora,

Per me nulli cessare licet.

Vigiles cogo incumbere libris.

Cum se roseo pulchra nitore

Mouet aurora & tarda refulget,

Raroq; polum sydere pingit.

Ecce meorum pars mare sulcant

Rate veloci, gremio terra

Pars immota semina mandant.

Alios studium, curaq; auara

Vexat habendi, fulgor & auri

Nimini

Nimum raptat, spesq; lucelli.
 Sunt quos hyemis rigida nunquam
 Frigora tardant, praelia Martis
 Agitant multi laudis amore,
 Impigra quosdam stimulat ira.
 Vos desidia temnite amores,
 Pueros perdit, maculatq; viros.
 Languida segnes efficit artus,
 Nescia laudis, panis & indiga.
 Hec luxuriam gignit inertem,
 Hec obscænos nutrit amores,
 Rudis hanc sequitur turba magistram.

Choriambicis delector interdum,
 de sapiente fortunato sic quondam.
 Felix coniugium, symbola gloria,
 Orbis diuitia, gazæ recondita,
 Dantur sepe viris premia fortibus.
 Virtutem sequitur sors bona diuidens.
 Se se consilio casus & ingerit,
 Nec fortuna viris non fauet optimis.
 Fortunatæ tuas persice nuptias,
 Et pectus rubeat stemmate nobili.
 Nascatur soboles clara parentibus,
 Illæso veniant iure nepotibus
 Hec quæ nunc frueris munera cœlitum.
 In tectis maneat fama perennibus.

Turpiè

Turpis pauperies incubat otio,
 Stipem, qui piger est, cogere cogitur.
 Imbellesq; manus munera nesciunt,
 Portas alterius pigra manus tenet,
 Et panem precibus vix sibi quarit at.

Nostros de diuino amore Sapphicos
 legisse te audio, relegisse non credo.
 Versus impariter iunctos, hexametros,
 & pentametros Grammatici dicunt,
 quibus veditioem Iosephi lugemus,
 placere tibi sensi, ego ex tam multis
 elegiæ versibus vix decem libenter
 aspicio.

Inuenere viam nocturno fata sopori,
 Et voluenda dies somnia vera probat.
 Sortis erūt primū toleranda tristitia
 Prospera sed tandem meta laboris erit.
 Fortè aberant fratres, longinquaq; pabula
 nacti

Quid fieret, charū non docuere patrem
 Ignarus genitor grauiora pericula veris
 Cogitat, atq; animū cura paterna premit
 Vade ait o fili, fratresq; inuiseremotos,
 Solue metu pavidū mox rediture senem
 Disce qd acciderit, fraternosq; inspicere casus
 Et rediens animū tu mihi reddemeum

Paru

Paruit Isacides, baculoq; adiutus ab uno
Accelerat gressus, imperiumq; patris.
Quēq; rogat cursu in medio, fratrumq; viaq;
Ignarus spatium vertit in omne caput.
Inuenit tandem iuuenes, gaudetq; repertis:
& infrà.

Cōiurāt pariter, fratremq; occidere tentāt,
Demat ut auguriis mors violenta locū.
Nā pcul agnoscūt, & somnia voceretractāt,
Esseq; conclamant tempora vota necis.
Et deinde vsq; ad illum locum.

Cōstitit ut propius fratres de more salutāt,
Et patris curas commemorare parat.

Plura loquuturum iuuenum manus occu-
pat, ardens,

Talaremq; adimit plebs furiosa togam.

Est in conspectu puteus, cisternaq; inanis,

Alta, ingens, operis signa vetusta manēt.

Fontis inops, sicco moles extenditur antro,

Horrida tartareos inuehit umbra met^o.

Hāc furibūda cohors puero minitatur iner-

Uta graues iras, auguriūq; vetus. (mi,

Stat puer, & gemitu, vel ferrea corda mo-

ueret,

Non tamen iratos flectere voce potest.

Venditionis historiam, Rubeni la-

chry-

chrymas, parentis Iacobi perennes luctus, acerbissimumq; dolorē præmittito, q̄ etsi sum versibus persecutus, tamen mihi ipse non placeo. Nā cum ineptus & iners pictor sim, non modò Agamemnonis, sed etiam Menelai, & Calchātis caput obuoluendū putauit. Da operā, vt hæc q̄ ad te mittimus inchoata & impolita perficias. Quædam etiā, quo hic vides esse modo, à te incepta tuis discipulis absoluēda proponito. Quò enim minus viæ restare viderint, eò alacrius ad metā properabunt. Estq; permagni ingenij ea perpolire, in q̄bus nec caput, nec pedes Emblemata, ænigmata, antitheta, epigraphia digna esse statuo, in quibus iuuetus elaboret. Sed vt Io ille apud Platonē præ Homero Archilochos, Herodotusq; contemnit, sic nobis Virgili poësis reliqs anteponeēda est, omnifq; in hoc admirabili poëta exprimendõ industria collocanda. Versus aut̄ fieri debēt, non qui Virgilij esse monstrentur, sed quos Virgilius si viueret, approbaret. Non enim imitatio illa pla

cer, quã deprehendere facile sit, queq;
dilacerat, discerpitq; Virgilium, sed
quæ ex integro Virgilio delibatur.
Quædam ex nostro Vincentio profe-
ram, quem Daphnin appellamus.

Hic est
Martyr
Abulen-
sis.

Pastor erit Daphnis, gemina quem seu a so-
rores (tur.

Ad tormēta necis verbisq; animoq; sequen-
Non tã vere nouo splēdent variata colores
Prata, nec in clausis tantus decor eminet
hortis, (noret,

Quātus erit syluis, pastor quas Daphnis ho-
Ipsē rigans sacro squallentia rura cruore
Ditabit terras, & frondibus ardua montis
Culmina complebit, sterilisq; recedet auena.
Humidat tempestas, soles, pluuiaq; vicissim
Mox aderunt, tellus grauidata ut semine
fruges

Prodigat, & multis sementi partib. extent.
De tumultu in regno Granatensi à
Libertinis excitato sic quidam.

Nutrit Lodoicus & armat

Formosum iuuenē, fratrisq; ut posset haberi.
Germanus fecit, soboles & digna parente,
Latatur fido regni custode Philippus,
Militiaq; iubet palmas, viridesq; triūphas.
Secta-

Sectari, & fusum Christo libare cruorem
 Barbaria, nomenq; Dei legemq; tueri.
 Hac ubi constituit regni possessor auiti,
 Fata via ostendūt, qua se super astra leuaret
 Austrius, & famā ventura extēderet atq;
 & infrā.

Gens Hispana piis firmisq; in sedibus alta
 Pace fruebatur, subito cū terra tumultu
 Nutare, atq; armis seruilibus acta timere
 Incipit exitium, vastasq; dolere ruinas.
 Balthica maurigenas sēper q̄ expta rebelles
 Vulnera prima capit bello impugnata re-
 pente.

Ocia rumpit Arabs, & qui sanctissima scilicet
 Sacra colit vultu, bellumq; indicit apertum
 Natio scidifragos mores imitata suorum,
 Quos Lybia de gente sotos, Pænoq; bilinguis
 Scim, & ābiguas vafros se vertere in arte
 Mulio grassatur, prædamq; exercet agre
 Vinitor, incautos perimūt, passimq; trucidat
 Monticola excelsis sidentes rupibus, ingens
 Australis regio damnum perpeffa Philippo
 Mentē animūq; mouet, cadesq; effecta pio
 Mille sacerdotū, fratremq; ad bella tonitru
 Munere concessū frater iubet ire Philippo
 Durarudimenta, & forti tractata lacerat
 Veri

Versus de beata Virgine, quos mihi superioribus diebus hac præteriens ostēdisti, ex illis sunt, quos probo potissimum lenes, perspicui, volubiles, non incompti, inq; vsurpanda licentia verecundi. Quidam enim cœlum se attigisse putant, si versus faciant inaccessos, nam vocabula audaciùs trāferunt, voces nouare non dubitant, compositionem amāt duriorem, vocales inter se committunt, claritatem consultò fugiunt, latinæq; dictionis portenta versuum esse ornamenta cēsent. In Iezabele sua noster sic lusit Benedictus, quàm poëticè viderint alij, quam non duriter videre mihi videor.

*Impia quid tellus felicia munera frugum
Agricolis orata refers? qd messe quot annis
Isacidas ditare iuuat? quid semina fosso
Excipis in gremio segetem latura feracem?
Deseritur cultus, patrumq; antiqua priorū
Religio nutat, multos dominata per annos.
Heu scelus, heu crudele nefas, altaria passim
Erigit impuro gens circuncisi Baali.
Anrides regni turbata pace recludit*

F

Per-

Perfidia baratru, portisq, patentibus intras
 Ambitio proflans tumido de pectore voces.
 Pestifer idolo delibans vina sacerdos,
 Auri tetra fames sacros inuecta recessus,
 Cunctorum & mater scelerum fecunda cu-
 pido,

Vana superstitio varios induta colores,
 Et blando aspiciens vultu danosa voluptas,
 Huic comes horrifonis vadit succincta fla-
 gellis

Vltio non tardo celerans vestigia gressu.
 Pone sequens nigris velox infamia pennis
 Perpetuas hominum maculas aspergit honori.
 Finitimi nostris insultant cladibus vltro,
 Thariadisq, domus claris elata triumphis,
 Euphrati & Nilo que formidabilis olim,
 Incumbit lapsu iam iam casura pudendo.
 Nos meretrix regina minis, nos territa
 ira.

Phænissa auguribus falsis decepta furenter
 Diuinos vates gladio mortiq, reseruat.
 Et ne monstriferi desit pars ima colubri,
 Insolitumq, nefas per summa cacumina fa-
 da

Serpere nequitia desistat, regia coniux
 Crimine composito vita priuare Nabothum

*Apparat, & falsis turpissima testibus aurum
Argentumq; viri, vicinas captat & vuas.*

Si alia in discipulorum poëmaticis
species, & quasi forma lucebit, Luca-
niq; magis quam Vergilij similis esse
videbitur, neq; id tam voluntate acci-
dat, quam natura, patere, permitte,
dissimula. In fundendis enim carmi-
nibus etsi industria plurimum potest,
tamen ingenium dominatur. Sit sanè
Lucanius, qui Vergilianus esse non
potest. Sed utinam Vergilianus sit, à
Maronisque Eclogis ordiatur, qui-
bus sum amicissimus. Itaq; reginæ
Annæ interitum bucolico versu defle-
uimus, ex nostra Phyllide (sic enim in-
scribitur) quædam hîc fragmenta po-
nemus. Lacunas tu pro ista facultate,
istiq; ingenio complebis.

Fletuq; sonoro.

*Crescebant undæ, pleno quas flumine labens
Voluit Anas.*

Paulò post Mycon sic loquitur vnus
ex pastoribus.

Quid toties fluuij repetito nomine luges?

Quid lycida inclamas? q̄ te fortuna fatigat?

F 2

Post

Post gregis imperium tanti, postq̄ aruare-
cepta, (renat

Qua Tagus aurifera praeceptis locupletat a-
Tu fontes, tururatenes, tibi stagna, lacusq̄
Abditaq̄ ex imis resplendet vena latebris.
Quin ride, pecorisq̄ noui noua gaudia mēte
Concipe pastorum fortunatissime pastor.

Ex responsione Lycidæ illi.

Et ni iussa Dei, charumq̄ obstaret ouile,
Indiuisa mea sequerer commercia lucis,
Mortua me & secum charissima Phyllis ha-
beret. (da

Scilicet hoc fuerat cognati ad fluminis riu-
Quod querulis toties portēdit vocib⁹ anser,
Quod p̄dixit Anas tristis, lachrymabile car-
men (cultas

Dum strepit, & nobis somni est erepta se-
Cumq̄ animus tanti praeagus funeris esset,
Soluimur in fletus dubios, stratumq̄ cubile
Linq̄mus, ignoto & iuuat indulgere dolori.
Hic me infelicem repetiti funeris vsus
Efficit uxorum: raptā quid Phyllide restat
Hac mihi demebat curas, prolemq̄ virilem
Hac mihi quarta dabat, numero quadrave-
rat apto (Etus

Germana, & nostros excusserat intima la-
Dicit

Myc.

Dicte felicem potius, dic pastor, & illam
 Suscipe Phæbeo fulgentem lumine, qualis
 Luna solet, veteriq; nouū supaddito nomen.

Dicite pastores sanctæ reuerentia fama
 Quos mouet Hesperia, iam Phyllida quæso
 Dicite.

(Dianam.

De Iaponiorum oratorum aduen-
 tu meos ad te mitto versiculos, sed im-
 perfectos vt soleo, nam clausulam tibi
 relinquo, qui sic habent.

Venistis tandem, nostrisq; obtutibus ora,
 Ora in quâ patuere virū, quos littora mille,
 Immensiq; maris non impediere labores,
 Quò minus optatâ cursu contingere metâ,
 Et se sacrata possent substernere terra.

Aurea nunc verè sunt tēpora, cernimus ipsi
 Egregios iuuenes. & infrâ.

Vltra Indos, Gangemq; amplum, penitusq;
 repostas

Sinarum gentes felix iacet insula, felix,
 Prole virum felix, studiisq; asperrima belli,
 Ingeniis diues, nostrâq; simillima genti,
 Imperioq; potens, spaciis amplissima regni.
 Xavier hanc adiit, sacra legionis alumnus,
 Militiaq; noua, cui dat cognomen IESVS.

Spreuit iter durū, Christi q; potentib' armis
 F 3 Vicit,

Vicit, & ad numerum, gremiumq̄, fidele vocavit. (rum,

Nam simulacra iacent, & diruta fana Deo.
 Erecta q̄, cruces, templorumq̄, ardua tecta
 Conuersa gentis verum testantur amorem.
 Iam noua progenies solito de more piorum
 Legatos Romam regali stirpe creatos
 Misit, inaudito quos ille exceptit honore
 Gregorius, nullo quem tempore fama silebit.
 Ille oratorum mediis amplexibus alto
 Consilio superũm cælo sese intulit, & mors
 Obstupuit, magniq̄, patris de funere nullos
 Inuida condoluit potuisse aptare triumphos.
 Gregorio Sixtus succedit munere diuũm,
 Gregoriumq̄, sequens cæptos consummat honores.

Ergo Iaponios iuuenes sacrauit ad aram,
 Militiaq̄, dedit gestare insignia sacra,
 Legati leges, Romanaq̄, iura receptant,
 Sixtus & admissos in regni parte locauit.
 Quid memorem ludos, quid gaudia, dona
 triumphos

Vtriusq̄, Hesperia? iustiq̄, per ampla Philipp
 Regna, dies festos, choreas, turbaq̄, ruentis
 Murmur, & admirans, stupidumq̄, ex tempore vulgus?

Nam quis longinquis non admiretur ab oris
 Venisse afflictis quaesitum oracula rebus,
 Venisse incolumes pedibusq; insigere sacris
 Oscula, magnorum madata exponere regum
 Quatuor orantes fidei veraq; salutis
 Praesidia & grata pastorem agnoscere voce
 Primitias terrae, florem, specimenq; suorum?
 Vos teneri duos pelagi, terraeq; labores
 Emenst' varias gentes vidistis & urbes,
 Romaq; tantorum scopus est, & causa laborum.
 Ut quondam extremis orientis finibus illi
 Tres adeo magni reges ditione relicta
 Venere ad Christum portantes thuris odores,
 Atq; auri glebas fului, stactaq; liquorem:
 Utq; illis dubio lucebat tramite fulgor
 Sydereus, stellaq; viam didicere magistra:
 Sic vos vestra fides rexit per operta viarum,
 Difficilesq; aditus, & inhospita rura reclusit.
 Utq; Austro veniens olim regina remoto
 Intrauit Solymas arces, regemq; scientem
 Consuluit, sic vos Romano ex fonte bibistis,
 Dogmaq; de puro libastis gurgite sacrum.
 Hi te damnabunt scelerata Britannia testes,
 Insula turpato quam faemina iure gubernat.
 Hispanos versus qui nostris praecipitoribus operam dabunt, ne cogitare

Ioannes
 Anglia
 Rex quod
 Sacerdotes
 per Sim ab
 Ecclesia
 expulisset, a
 Pontifice
 Romano
 anathe-
 mate dam-
 natus, non
 ante abso-
 lutus est.

quàm dia- quidem discipuli debent, auocant
 aena ca- enim vehemèter ab studiis literarum
 piti adem- Latinarum, redduntq; animos mol-
 ptum Pan- liores: verendumq; est, ne cum qui-
 dulpho se- busdam vernaculis poëtis insanire in-
 dis Aposto- cipiant, quorum omnia probassem, si
 lica Legato- argumentum placuisset. Sit auditor
 tradidit
 professus
 nunquam
 illud nisi à planè Latinus, sit Græcus, iaceat ver-
 Romano nacula poësis dum Latina condisci-
 Pontifice se- tur. Quam poësim puram, virginali
 esse receptu- lemq; esse percipio. Historiam tibi
 rum, idem- que de re- narrare libet iisdem verbis, quibus
 gni heredi- eam Pater Antonius Possevinus scri-
 bus prasti- psit, quæ sic habet. *Cùm quidam bibli-*
 tit. Ita Po- *pola suas officinas ab impudicis, aliisq; im-*
 lydorus Vir- *tilibus libris repurgassent, & plures aut o-*
 gilius lib. *pifices, aut nobiles vitam non bene actam*
 15. historia *deseruissent, & homo haud indoctus septua-*
 Anglica, *ginta quinque annos natus poëticum opu-*
 neq; id no- *multos per annos elaboratum rerum quib-*
 um, si qui- *dem amatoriarum plenum iam iam preli-*
 dem Nau- *esset commissurus, hortatus est noster qui-*
 clero teste *dam, ne id faceret: quod ubi paulò attentius*
 genera. 41. *esset meditatius, non ita multò post ad eun-*
 multò ante *dem reuersus, ita est, inquit, pater, sicut dis-*
 Adulphus *xisti: Ex septuaginta quinq; annis, quo-*
 primus *sibi*
 monarcha
 & Anglo-
 rum rex
 idem re-
 gnum Leo-
 ni quarto

fruor hac luce, sexaginta penè integros in
 rebus inanibus, aut pangendis poëmatibus
 à Christiana pietate alienis contriui: si qua
 haëtenus in plurimorum manus meo nomi-
 ne prodierunt, ea reuocari à me possent, ego
 verò libentissimè facerem: ne quid mihi
 damni, illis aut periculi crearetur. Animad-
 uerto quid illud sit, expedire ei, qui scanda-
 lum prabet, ut potius demergatur in pro-
 fundum maris, quàm pedicas obiciat, qui-
 bus se fratres illaqueent: sed quid agam?
 mundi morè sequuto illa exciderunt, Chri-
 sti Domini vocem nunc audiens resipisco.
 Tum bonus senex dena carminū millia igni-
 bus dedit, ac ne quid huiusmodi superesset,
 idem minutiora quæq; fragmenta perqui-
 rens, illa quoq; combustit. Erat autem quo-
 die hoc facere decreuit, patienti Domino
 sacer. Cui pollicitus se posthac piis carmini-
 bus reliquum vitæ impensurum. Nunc
 plures hymnos, & America ad fidem con-
 uersa poëma edere parat in lucem. Hæc
 ex annuis Romanæ professæ domus
 literis excepta non prodesse non po-
 terunt, & ab scribendis amatoriiis ver-
 sibus deterrere discipulos. Vale.

F 5 CVI-

Romanaq;
 Ecclesia fe-
 cit Sectiga-
 le. At le-
 zabel fu-
 rere non
 desinit, &
 Romana
 Ecclesia
 bellum in-
 ferre. Sed
 Deus bone
 insula in-
 sula quid
 praestat?
 Britan-
 nia post tot
 pietatis
 exempla
 à Christo
 sceleratissi-
 me deficit,
 Iapones
 sine maio-
 rum exem-
 plis & ipsa
 veritatis
 adducit
 ad Chri-
 stum.